

abuli ornatum verbis, quantum pro merito potui, pro amicitia davi. Respondit utriusque nomine Imperator Pater, plurimum se debere tibi; gratias item habere quam maximas, quod forensibus districto negotiis, placuerit in hac amicitate excurrere, non tam exultationi ostentanda, quae abunde est nota, quam demonstranda in Patriam et res Anviacas amoris benevolentiae plane singulari. Superest ut gratias agam, quas ago, meo quoque nomine. Vir Amplissimus, quem de potiori turba seligere voluisti magna humanitatis tuae vitem proxeneta. Ruborem illa mihi res incussit, cogitanti nescio quo fato neglexisse me nuper offerre tibi Dissertationunculam de Organis Ecclesiarum Foederati Belgii Typis vulgatam. quod si confitentes reo placabilis es neque ad huc resquiharum ista lectione perdidisti, nunc demum ut perdas petere a te audeo, atque ut expensis rigide argumentis, aperte significasti  $\pi\alpha\rho\epsilon\beta\upsilon\upsilon$ ,  $Ti\ \mu\omicron\upsilon\tau\ \delta\epsilon\omicron\nu\ \epsilon\chi\ \epsilon\tau\epsilon\lambda\epsilon\omicron\delta\upsilon$ . Sententiam denique de sententiis dicere assuetus, de mea dicas, quasi  $\epsilon\ \tau\omicron\upsilon\beta\upsilon\lambda\eta\ \kappa\upsilon\tau\iota\alpha\ \sigma\upsilon\lambda\lambda\eta\ \sigma\upsilon\lambda\lambda\eta$  Curiae, a quo nec provocatio est. Expecto quam mox competentem me tanti beneficii facias, et castigando quae doceas, quam non inter amicitiae tuae honores sit  
Tibi devotissimus.  
Offela G. Julii ibai. C. H.

Barlae.

(310)  
Adhuc multis et non levis momenti causis. excudenta Elzevirius tradere, quae ad Diatriben de organis rescripta sero non pauci ab Ecclesia atque Academia Viri pijs, prudentes, eruditi. Inter quos cum emineas Vir amplissimus, et in epistolam, quam vides, plane genio tuo dignam, conjeceris pro familiaritate commercii nostri quae fortassis contentus paucis et cordatis lectoribus cuique de vulgo inspecta volis; audeo a te petere, ut hunc deinceps laborem suscipias, atque, ut consulti solent solum  $\tau\alpha\ \pi\epsilon\omicron\varsigma\ \iota\tau\omicron\varsigma$  per epistolam recusam caeterisque addendam respondeas. Grambe erit haec bis cocta, sed quidem amore primum tuo securus in conscribendis epistolis mirabilem illam facultatem tuam et facilitatem novi, citra multum pudoris quod vides posco. quod si ad hoc idem officium compelleri possis Collegam Vossium haecenus negligentem nomen illud

illud exsoluere (cujus culpe graves poenas inter poeula  
 nuper Haga dedit) duplici me beneficio deinceps. Jam  
 nunc praecessit tertium, quod animares Constantinum  
 meum volueris per epistolam; qua (vide judicium pulli)  
 agnoscere se scribit dissimulasse te pro humanitate  
 tua Prosodia vitia in qua impegerat magis, quam  
 non observasse; quod omnino requirerebas. Subjungit  
 parro ipsis his verbis. Doleo equidem ex animo, depre-  
 hendisse te vitia Prosodica, quae alia agenti exciderunt.  
 Bruno aliquoties voluit ut sibi ostenderem, priusquam  
 tibi, Barlaone mitterem, ego tamen semper ei  
 occinui, mallem me vitii unius aut alterius pigeret,  
 quam non meritis laudis pueret. Vides quam  
 vere Patris sim, qui et exscribere filiorum balbutiem  
 sustineo, et alteri legendam praebere. Legas. Enimvero  
 et tu, pater es, et eandem insaniam cum fortassis olim  
 insaniveris, facilius hodie condonas. Facis autem rem  
 longe gratissimam, quod alloquio monitisque virilibus  
 et illustribus item exemplis tuis, infantiam illam  
 digneris. Proinde quanto supplicare beneficia capimus,  
 rogo nunc, ut quartum istud ac postremum addas,  
 ut lecta nimirum orationcula, quam secundus natu  
 Christianulus in contrariam sententiam scripsit, ei  
 quoque blando epistolico significare velis, quid hoc  
 primo rei oratoriae experimento videatur meruisse.  
 Meruit sane, paterno judicio, non vulgarem laudem.  
 et si fidem ego, mirabilis plane hic puellus est, per  
 hoc aetatis tam exquisitam Latinae Linguae et Historiae  
 Arithmeticae denique, Musicae Geographiae Graphicae  
 peritiam adeptus, ut in multis fratrem cum ante-  
 vertat, insigni et Materna proorsus modestia, om-  
 nibus amet cedere. Excitandum itaque hoc ingenium,  
 et subdendum calcar est. cuius rei fastidium mea  
 causa ut suscipias iterum iterumque rogo. Quatuor-  
 sic mares educe, ut vix opera tua caream, sed partic-  
 munt molestiam; neque omni te quadriga simul obuiam.  
 succrescet horum adulescentiae, aliorum infantiae  
 cumque primos emancipaveris, postemi sensim adoptari  
 postulabunt. Vide quo abierim. plane statueram,  
 tribus verbis a te petere quod de Organo moui.  
 Concede obsecro, petenti, et has chartulas item cum  
 priori epistola tua remitte. Nihil enim ab illa manu  
 prodit, quod non religiosi ac sancti penes me  
 inter

interspersa conduntur. Tandem vale. Scribo inter  
tubas ac Tormenta, castrensi, ut vides, facundia, neque  
librorum ope, uti par sit ad vos, qui libri estis, suppleta.  
in Castris ad Gennepan. Offella III. Julii ibidi.

Bannio.

Amplissime Banni.

(311)

Si vales, male est quod promissa non impleas, aut Messensium  
saltem precando quid me dicere porro aut facere oporteat,  
indicare cessas. De Monochordio enim, cuius ad me  
spes attinet, possum aequis ac tuis silere, qui cum  
sponte id pollicitus sis, par est ab invito ne extorqueam.  
Musicae compendium qualecumque mihi ob Messensium  
per me Messensio debes, et propter te, utrique. Vide  
quâ fiducia nemini de tuis satisfacias, quo colore  
mea enim pridem hic facundia defecit. Plane tibi  
doxi libros in ipsâ Gallia commodatim missos puta  
ut memineris tuis quoque donis tuis. Agnosces ceterum  
in autore parem eruditioni modestiam, utramque  
non vulgarem, de sententiis quas tuetur passim  
a vulgo remotas, tuam aliquando videre gestio.  
Vale. Offella in Castris ad Gennepan. Postid. Id.  
Sextil. CIDIOCXLI.

ditissimus promissis Banni.

C. Huygenius.

Ewendelino.

Quam per me non steterit, Ewendeline clarissime, quod  
voti des, per alium implendi, hactenus compotem non  
facio, indicabit adscriptus dies epistola, quam vides,  
Clarissimi Solij, cuius ad te sine capite calcem mitto.  
quia solum ad te nunc spectantem. et dabitur, ni  
fallor occasio propediem, quâ visurus totam sis  
in argumento longe ab hoc alieno, doctissimi  
versantem. Impresensiarum  $\epsilon\iota\ \mu\epsilon\ \pi\alpha\epsilon\gamma\lambda\upsilon\mu\epsilon\upsilon\upsilon\ \epsilon\chi\epsilon\upsilon$   
qui rescribere distuli, donec suppeteret quo legendi  
nostras tadinum lenares, missa haec praeterita facia  
mus, et accipe ab eodem Solio tandem, doctum, disertum  
candidumque ut scriptor est, ad bina interrogata  
responsum. Mihi verò si quid harum porro man  
datum velis, eadem libertate injungito, quâ te vel  
Puteano, vel si quis illo magis  $\epsilon\upsilon\lambda\iota\pi\epsilon\upsilon\varsigma$  aut intimus  
amicorum

(312)